



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 32. Alia Lallierii propositio ab eadem Facultate censuris notata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV. vero ad illud, quod prætendit propositio,  
A.C. 1486. scilicet, quod non simus obligati ad quadra-  
gesimale jejunium, falsa est, bonis moribus  
contraria, & scandalosa, & Sacrosancta  
universalis Ecclesiæ consuetudini, & Santo-  
rum determinationi derogans.

„ VIII. A beato Silvestro citra Ro-  
„ manam Ecclesiam non est amplius  
„ Ecclesia Christi, sed Cæsaris & pecu-  
„ niarum. „ Hæc propositio est Ecclesia,  
„ & sanctæ Sedi Apostolicæ injuriosa, blas-  
phema, & hæretica, jamque damnata.

„ IX. Haud magis Sanctorum Hi-  
„ storiis quam Franciæ Regum chronicis  
„ fidem adhibere tenemur. „ Hæc pro-  
positio falsa est, piarum aurium offensiva,  
& autoritati Ecclesiæ derogans; & si in-  
telligatur universaliter, est hæretica. Præ-  
cedens qualificatio fuit facta per aliam Fa-  
cultatem Theologicæ Parisiensis in sua solle-  
mni Congregatione apud S. Mathurinum,  
Anno Domini millesimo quadringentesimo o-  
ctogesimo sexto die quinta mensis Junii.

### §. XXXII.

*Alia Laillierii propositio ab eadem  
Facultate censuris notata.*

*Argentire ib. Ultra præcedentes propositiones præ-  
p. 309. dicta Facultas aliam damnavit pro-  
positio-*

positionem, quam idem Laillierius in sua Saccul. XV.  
Sorbonica protulit his conceptam ver- A.C. 1486.

Simplex Sacerdos potest ita bene conse- Dupin. bi-  
trare Christia & sacros Ordines conferre, tom. 12. in 4:  
scut Papa, vel Episcopus, & omnes Sacer- pag. 149.  
dotes sunt aequalis potestatis, tam Ordinis,  
quam jurisdictionis, tantamve auctoritatens  
habet Thomas apud Indos, quantam Petrus  
apud Romanos. Circa hanc propositio-  
nem Facultas definivit, quod tota hæc co-  
pulativa sit falsa & hæretica, atque in adi-  
scholastico Sorbonico publice ab eodem Lail-  
lierio revocanda, decrevitque, Auctorem  
nullatenus ad Doctoris honores admit-  
tendum esse. Ille ita exclusus ad  
Regium Senatum provocabat, a quo ta-  
men totum negotium ad Episcopum Pa-  
risiensem remittebatur, ut ipse Doctorem  
instrueret, ejus vero doctrinam cum In-  
quisitore, ac quatuor Doctoribus a Fa-  
cultate deputandis sedulo discuteret;  
quo facto Laillierius Parisiensis Episcopi  
Officiali literas porrexit, ut quarundam  
suarum propositionum sensum expla-  
naret.

### §. XXXIII.

#### *Propositiones a Laillierio explicatae.*

Hæ literæ sequentis erant tenoris : Argentre ibi:  
„ I. Nec in veteri, nec in novo Te-  
“ stamento unquam legi, Christum Do-  
„ minum,